



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

I Quod pro quibusda[m] leuib[us] culp[is] ignis purgatorius esse ante
iudicium credendus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB.

mali malos recognoscunt in tormentis,

XXXIX Vtrum animę sanctorę orent pro inimicis suis, qui in æterno cruciantur igne.

XL De non renatis, & eorum cruciati.

XLI Quod ex angelis facti demones propter superbiam de cælis proiecti, irreuocabili percussi sunt pœna.

XLII Quod gehenna non propter homines, sed propter diabolum facta est.

XLIII Quid sit reprobore manibus & pedibus ligare, & quid exteriores tenebrę, & quid fletus & stridor dentium & cætera.

XLIII Quod nulla sit post mortem vtilitas pœnitentię,

XLV Quę & quanta mala habeant hi, qui in gehenna dicuntur occidi.

XLVI Quod tãta sunt in inferno tormẽta vt nulla vox exponere, null^o valeat sermo explanare.

D. HAYMONIS EPI-

SCOPI HALBERSTATTENSIS, DE VARIE
tate librorum, siue de Amore cæle-
stis patrię liber tertius.

Quod pro quibusdam leuibus culpis
ignis purgatorius esse añ iudiciũ creden-
dus est.

Caput .I.

LIBER TERTIVS.



Ro quibusdam leuibus culpis
 esse ante iudicium purgatorius
 ignis credendus est, pro eo quod
 veritas dicit: Quod si quis in spi
 ritu sancto blasphemiam dixerit
 non remittetur ei in hoc seculo,
 neq; in futuro. In qua sententia datur intelligi, quas-
 dam culpas in hoc seculo, quasdam vero in futuro posse
 laxari. Quod enim de vno negatur, consequens intelle-
 ctus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen ut pre-
 dixi hoc de pnis minimisq; peccatis credendum est fieri pos-
 se: Sicut est assiduus ociosusq; sermo, immoderatus
 risus, vel peccatum curae rei familiaris, quae vix sine culpa vel
 ab ipsis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant,
 sciunt. Aut in non grauibus rebus error ignorantiae, quae
 cuncta etiam post mortem grauant, si adhuc in hac vita
 positae minime fuerint relaxata. Nam & cum Paulus
 dicat Christum esse fundamentum atq; subiugatur. Si quis super
 edificauerit super hoc fundamentum aurum, argentum, la-
 pides preciosos, lignum, stipulam, vniuscuiusq; opus quae sit
 ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superedifi-
 cauerit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit detri-
 mentum patietur, ipse tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignem.
 Quamuis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita ad-
 hibitio possit intelligi, tamen si quibus haec digne futurae
 purgationis accipiat, pensandum sollicitate est, quia illum
 dixit per ignem posse saluari, non qui super hoc funda-
 mentum ferrum, aes, vel plumbum edificat, id est, peccata
 maiora, idcirco duriora, atq; tunc iam insolubilia: Sed
 ligna, foenum, stipulam, id est, peccata minima atq; leuissima

Mat. 12°

1. Cor. 3°

HAY. DE VARIET. LIB.

ma, q̄ facile igne consumūtur. Sciendū tñ hoc est, q̄a illic saltem de minimis nil quisq̄ purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus, vt illic obtineat, promereatur.

De saluādis per ignē, id est, de his qui super fundamentū, quod est Christus, aurū, argentum, lapides præciosos, seu ⁊ de his qui lignū, fœnū, stipulā, ædificāt. Ca. II.

DE his qui superædificant super fundamētum, q̄d est Chrs, non aurū, argentū, lapides præciosos, sed lignū, fœnū, stipulā. De his enim dictū est quod per ignē salui erunt, qm̄ fundamenti merito non peribunt. Sic est intelligendū, vt his manifestis non videantur esse cōtraria. Ligna quippe & fœnū, & stipula non absurde accipi possunt rerū seculariū q̄uis licite concessarū. Tales cupiditates autē amitti, sine animi dolore non possunt. Cum autē iste dolor vrit, si Chrs in corde fundamēti habet locū, id ē, vt nihil ei anteponatur, & malit hō, qui tali dolore vritur, rebus q̄s ita diligit, magis carere q̄ Chro, per ignē fit saluus. Si autē res eiusmodi tēporales ac seculares t̄pe tentatiōis maluerit tenere, q̄ Christum, eū in fundamēto non habuit, quia hoc priore loco habuit, cum in ædificatione prius non sit aliquid fundamenti. Ignis em̄ de eo loco, de quo est locut⁹ Apost. talis debet intelligi, vt ambo per eum transeant, id ē, qui ædificant super hoc fundamentū aurū, argentū, & lapides præciosos, & qui ædificant ligna, fœnū, stipulam. Cū autē hoc dixisset adiunxit: Vniuscuiusq̄ op⁹

1. Cor. 3.